Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



blasphemant. quibus neq. in p̄senti neque in futuro saeclo remittit̄.
quis dubitat qd̄ os eorū zabulus aperit. a. hd Uide quid scriptū ē
de iuda quomodo refertur. quia intrauit in illū satanas &
quia misit in cor eius zabulus ut traderet eū. ipse ergo
aperuit os eius ut conloqueretur cū principibus & phariseis
quomodo eū traderet acceptā pecuniā. unde mihi non
uidetur ēe parue gratiae intellegere os qd̄ aperit dr̄. &
intellegere os quod aperit zabulus. Non ē sine sci spr̄
gratiae huiusmodi os & uerba discernere. & ideo in di
uisionibus spiritaliū gratiarū addit̄ & iā hoc qd̄ dat̄
quibusdā discretio spirituū; ergo spiritalis ē. gratiae p
quā spr̄ discernit̄. sicut & alibi dicit aplr̄; probate spr̄
qui ex dō sunt; sed sic dr̄ aperit os scorū. Ita puto quod &
aures scorū dr̄ aperiat ad audiendā uerba diuina. Sic
enim dicit esaias pphetā. Dn̄s aperi & mihi aurem.
ut sciam quando oporteat dici uerbū. sic & oculos
aperit dn̄s sicut aperuit oculos dn̄s agar & uidit pu
teum aque uiuae. Sed & heliseus prophetā dicit.
Aperi dn̄e oculos pueri ut uideat. quia plures s̄ nobiscū.
quā cū aduersariis. Et aperuit inquit dn̄s oculos
pueri ut uideat quia plures sunt nobiscū. Et ecce
totus mons plenus erat equitibus & curribus auxiliisq;
caelestib. Circumdat enim angl̄s dn̄i in circuitu ti
mentiū eū & eripit eos. Aperit ergo ut diximus
hd Uisibi & hoc de scripturis ostendā q̄modo huiusmodi hominib; quia aduersū
xp̄m locuntur os zabulus aperit.